Corsicani Maranensem electum et
ipsius ecclesiam consecravit, alio-
rumque Corsice pontificum obedi-
entiam et fidelitatem recepit.

Mio 493

a Anno Dominice incarnationis ~~mil-
lesimo centesimo decimo nono~~ MCXVIII°. Post
eorum igitur honorabilem reditum
velox fama Tusciam et Longobardi-
am continuo replevit, resonans eccle-
siam Pisanam metropolitanam dig-
nitatem assecutam in Corsicam ivis-
se, ibique episcoporum et ecclesiarum
celebrata consecratione et episcoporum
fidelitatibus receptis, episcopos et
Corsice ecclesias per Gelasii Romani
pontificis concessionem suo juri
subdidisse. Unde factum est, ut in-
vidia diaboli super alterius bonis
semper dolens atque merens im-
manissime bruta corda Januensi-
um inflaret et eorum ora superbis-
sima pessime fedaret. Audientes
namque ecclesiam Pisanam tanto
honore exaltatam et gloriosiorem
habitam, velut amentes effecti con-
tra Pisanos fremebant illico fera-
liter et dentibus frendebant dicen-
tes, sicut homines insanientes, ur-